

FABVLARVM

POETICARVM

P. OVIDII META-

MORPHOSI DESCRI-

ptarum

INTERPRETATIO ETHI-
ca Physica & Historica.

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER III.

FABVLA. I. IAMQVE &c.

De hominibus ex dentibus serpen-
tinis ortis.

Cadmus Agenoris filius, occiso Rege, cui erat nomen **Discordia**
Draco, fertur occupasse regnū Bæotia: adversus quem **foederato-**
cum amici & filii Draconis bellum coniunctis viribus su- **rum vene-**
scipissent, ipse iecit inter eos semina discordia, qua tandem **num.**
distracti atq; consumpti sunt. Hinc nata est fabula de ser-
pente, cuiusq; dentibus in terram seminatis, ex quibus
subito extiterunt duæ acies galeis & hastis armatae, quæ
mutuis vulneribus sese confecerunt. Fingitur autem
Cadmus illam sementem fecisse iussu Palladis, hoc est, di-
vino consilio. est enim singularis prudentiæ, ita disvellere
hostium consensum. Ac videre mihi videor in hac fabula
quandam imaginem horum temporum, ubi aliquoties fæ-
derati Principes simili arte distracti, & postea inter sese
dimicantes perierunt. Porro nihil est stultius ac pernicio-
sius,